Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Et uenerunt festinantes. et inuenerunt mariam et ioseph et in
fantem positum in presepio. Venerunt festinantes pastores et
inuenerunt dnm hominem natum simul et eiusdem natiuitatis
ministros festinem et nos frres karissimi non passibus pedum sed bonis pro
fectibus opum uidere eandem glificatam humanitatem cum
eisdem ministris digna seruitutis sue mercede remuneratus.
festinem uidere illum in diuina patris ac sua maiestate ful
gentem festinemus inquam. Non tanta beatitudo cum desi
dia ac torpore querenda sed alacriter sunt xi uestigia sequenda
nam et ipse cursum nrm data manu iuuare desiderat delec
taturque anobis audire trahe me post te. curremus in odore un
guentorum tuorum. Cum gaudiorum gressibus sequamur. ut mereamur
consequi. Nemo tardet conuertu ad dnm. nemo differat de
die in diem. ipsum pomam et ante omnia peccatis. ut gressus nros
diriget sedm eloquium suum. et non dominetur nri omnis iniustitia
Videntes autem. cognouerunt de uerbo qd dictum est illis de
puero hoc. Et nos frres dilmi. que dicta nobis sunt de saluatore
nro do uero et homine interim pia fide percipere plena dilec
tione festinem amplectamur. ut hec in futuro per cogitationis
uisum comprehendere ualeamus. Hec enim sola ac uera est beatitudo
non solum hominum sed et angelorum una. facie perpetuo sui cernere cre
atoris. Quam desiderabat ardenter psalmista qui dicebat. Sitiuit
anima mea ad dm uiuum. quando uenam et apparebo an
te faciem di. Cui solius uisione non aliud ulla terrenarum rerum af
fluentia. desiderium suum satiari posse signauit cum ait.
Satiabor dum manifestabitur gla tua. Verum quia non ociosi ac de
fides sed uirtutum opibus insudantes diuina contemplatione sint
digni. sollicite premisit. Ego autem cum iustitia apparebo
in conspectu tuo. Videntes autem pastores cognouerunt de
uerbo hoc qd dictum erat illis de xpo. quia uisio di cogni
tio eius est. et hec est sola beata hominis uita. ipso dicente ac